

huius<sup>e</sup> carnis resurrectionem.<sup>165</sup> Sicut et Paulus δεικτικῶς loquitur: „Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem.“<sup>166</sup>

Dic testimonium de hoc articulo.

Nota sit pueris historia visionis Ezechielis capite 37<sup>167</sup> et concio Pauli 1. Corinth. 15<sup>168</sup> et 1. Thess. 4,<sup>169</sup> vbi sedes et praecipua confirmatio est huius articuli. 5

[87:] Quotuplex est resurrectio?

Iohan. 5 inquit Christus: „Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei et procedent qui bona fecerunt ad resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.“<sup>170</sup> Haec asseueratio Filij 10 Dei discernit resurrectionem piorum a resurrectione damnatorum, quia, etsi immortalitas vtrisque communis erit, tamen finis ad quem vtrique resuscitabuntur ingens discrimen facit. Nam vita aeterna erit portus, in quo boni acquiescent. Supplicium aeternum erit stipendium peccati regnantis, quod non tegitur vmbraculo Filij Dei.

Quid nominatur vita aeterna?

15

Vita aeterna vocatur status beatorum post hanc vitam, in qua Deus illos in vniuersum liberatos a peccato et morte coram perfundet sua luce et sapientia et implebit sua iustitia et laeticiae et in tota aeternitate omnia erit in omnibus.

<sup>e</sup> Im Druck durch Versalien hervorgehoben.

<sup>165</sup> In Rufins „Expositio symboli“ findet sich der Hinweis, dass die Gemeinde in Aquileia sich in ihrer Version des Apostolischen Glaubensbekenntnisses zur „resurrectio carnis huius“ bekannte. Vgl. Rufin, Expositio symboli 41, in: PL 21, 381 (CChr.SL 20, 177,17–25). Dieses Werk fand unter der Autorenzuschreibung „Cyprian“ Aufnahme in die Übersetzung des Erasmus von Rotterdam: Caecilii Cypriani opera, iam quartum a mendis per D. Erasmus Rot. repurgata: Acceßit liber eiusdem De duplici martyrio, antehoc nunquam excusus [...], Lyon 1535.

<sup>166</sup> I Kor 15,53.

<sup>167</sup> Ez 37,1–14.

<sup>168</sup> I Kor 15,1–58.

<sup>169</sup> I Thess 4,13–18.

<sup>170</sup> Joh 5,28f.